



Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

46. Lea mater rupturam filioli sui medijs ad talem affectum prorsus
insufficientibus illicitè curat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

unt, quod non ex solâ dilatione, vt sibi persuadent, sed aliâ hominum aestimatione contractum hunc non illicitum putemus. Non refert autem, quod ipse Iouita debitum suum prædicto modo redimat, non enim debet ipse peioris esse conditionis, quâm quiuis alius, dummodo ipse non sit causa, cur Faustinus velit vendere, vt si præberet se difficilem ad soluendum, hanc enim difficultatem tenetur ille tollere, vt bene Less. loc cit. n. 70.

XLVI. *Lea mater, vt filiolis sui rupturæ medeatur, nomen huius schedæ inscriptum per quem ruptam ab aliquo suorum transmitti curat, ipsa interim domi pro eodem orat, sic enucleatè sacre edocta à grandœua anu, quæ medium istud probatum affirmavit & suâ & multarū matrum experientia, quæ filiolos suos integrati valetudinis hâc ratione restituerunt. Quaritur. Verum licetè hoc fiat?*

Videtur licetè fieri. Tum quia nihil in eo mali apparet. Tum quia similia alia passim ab hominibus, quos virtus & Religio commendat, usurpantur.

Resp. Leam illicitè prædicto modo mederi filio suo, & committere superstitionem seu vanam obseruantiam, quæ ex genere suo peccatum mortale est. Ita S. Thom. 22. q. 96. art. 1. Valent. Tanner, Laym, Bonac. & alij Theologic communiter. Ratio est, quia usurpatur medium vanum ad obtainendum ali-

quod

quod bonum corporis, quod idcirco non à Deo expectatur, sed à diabolo talium superstitionum authore; quam enim vim naturalem habeat transmissio schedæ per querum ruptam ad curandam rupturam corporis humani? cùm ergo nec de supernaturali legitimè constet, opem diaboli interuenire oportet, quod vtique ex genere suo est mortale peccatum, cum honor diuinus creaturæ tribuitur, expectando ab eâ, quod à solo Deo expectari debet; nec excusari Lea ab hâc malitia contractâ potest, nisi fortè ex ignorantia & animi leuitate id fecerit, vt rectè Tanner 22. D. 5. q. 7. n. 25. Ad primum in contrarium dicimus, implicitum in eo contineri pactum cum dæmons, cùm eiusmodi effectus & recuperata sanitas per tam disproportionatum & vanum medium nec à natura haberi, nec à Deo putari possit. Non obest, quod mater domi orare debeat, dum foris scheda & nomen filioli per querum trahitur; hæc ipsa enim familiaris est fraus diaboli, sub specie boni decipere incautos, & simul rebus diuino cultui destinatis ad nefandum suum seruitium abuti. Ad secundum dicimus, si alia similia passim fiant, dolendum vehementer, non magis homines iuxta præceptum Apostoli 1. Thessal 5. ab omni specie mali abstinerese, quæ tamen species mali ex insufficientiâ causæ ad talem effectum, ex adiunctione

Selectorum Casuum Conscientiae. Si

iunctione falsarum & vanarum circumstan-
tiarum, ex euāido sāpe effectu haud diffi-
cultur deprehenditur, vt reverā magna valde
ignorantia & simplicitas hominis esse debeat,
qui ex tali vngue infernalem Leonem non
dignoscat.

XLVII. Lioba nobilis virgo videtur sibi ex v-
nâ parte assiduo irasci contra Deum, aliosque San-
ctos, odio hos prosequi, blasphemare, imò pedibus
illos velle terere, acubus pungere, vultris scindere,
infodissimos locos abiocere &c. Atque hæc adver-
tit non solùm in imaginatione hærere, sed ad cor,
animumque pertingere: ex altera verò parte vi-
detur sibi cupere omnia opposita, velle prædictis
omnibus assensum negare, non tamen posse, ideogz
vehementer inde scrutiatur. Quæritur. Quid
de his in confessione dictis iudicet Confessarius?

Videtur peccare, & quidem grauissime.
Tum quia assensum dat in obiecta longè pes-
sima, hoc ipso, quod ista ad cor, animumque
pertingant, per assensum scilicet voluntatis.
Tum quia agit contra conscientiam, quâ ag-
noscit, illa non facienda esse.

Resp. Confessarium iudicare debere, Lio-
bam in hoc casu non peccare. Ita Baldellus
in Disputationibus ex Theologia Morali L. 4.
D. 4. n. 2. Ratio est, quia Lioba in prædictis
omnibus non est libera, sed ex nimia inten-
sione, & efficacitate phantasmatum depra-
tatorum, quæ nimis importunè se ingerunt,

F

iat